



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis de trithenem abbatis spanhemensis ordinis
sancti benedicti de obseruantia burßfeldensi. liber
lugubris. de statu et ruina monastici ordinis**

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 11.IV. 1493]

urn:nbn:de:hbz:466:1-31359



J 374

J 374

IX
8

J. X
8

Johannis de trittenheim abba batis spanhemensis ordinis

sancti benedicti de obseruantia burkfeldensi. liber lugu
bris. de statu et ruina monastici ordinis: omnibus rella
giosis ac deuotis uiris non minus utilis q̄ iucundus.

Ingratus Al-ferum s̄to quicquid ei offeritur,
neglecto no ad offerens obligatur. Dionysius
lingu in dialogo de plurimū beneficiorū uir-
tatione folio 358. form. imp. 15. aut uoluptas
an 51.

Primitiua modo z lapidibus valde mensura
si uisq̄ fuit folio 8. hinc abri et 27. 30. 34

Præter nomen et habitum, nullum regulare dis-
ceptum uisum et reuolus s. Benedicti modo
nisi uideri

Præter nomen et habitum, nullum regulare dis-
ceptum uisum et reuolus s. Benedicti modo
nisi uideri

Instituta
firmitate


Præter nomen et habitum, nullum regulare dis-
ceptum uisum et reuolus s. Benedicti modo
nisi uideri

Ingratus Al-ferum s̄to quicquid ei offeritur,
neglecto no ad offerens obligatur. Dionysius
lingu in dialogo de plurimū beneficiorū uir-
tatione folio 358. form. imp. 15. aut uoluptas
an 51.

Præter nomen et habitum, nullum regulare dis-
ceptum uisum et reuolus s. Benedicti modo
nisi uideri

Præter nomen et habitum, nullum regulare dis-
ceptum uisum et reuolus s. Benedicti modo
nisi uideri

cap. 9.
folio 53



7.
Enerabili et amantissimo patri dño blasio
abbati hirsaugienſi cenobij. frater Jobann
nes tritemuus vocatus abbas in spanhem
Salutē et charitatē. Tameſi vires ingei
nij mei procul excedat petitio tua fratruū
tuoz (dilectissime pater) malui tamen ar
dñū subire onus: q̄ tue caritati p̄ posse non satisfacere.
Amor em̄ dei, zelus ordinis, et feruor discipline dignū te
faciūt: ut nihil tibi pro honore dei postulāti debeam den
negare. Rogasti me p̄sentē verbis, absentē crebris episto
lis, et quodāmodo cōpulisti auctoritate p̄sidētie quaten?
de calamitate ordinis nr̄i aliqd tibi scriberem: quo patres
adunandos capitulariter apud te, ad compatiendū ei, pa
uocares. Sancta petitio: sed grandis obediendi diffi
cultas. Lacerabor inuidozum dentibus scio: qui me vel
presumptuosum iudicabūt, vel nimū. Sed obturatis au
ribus probra eozum securus transibo: modo sanctis et
eruditis viris placeat onus qđ porto. Nihil me scripsisse
memini qđ emuli iuste valeant lacerare: sed vera, sed ma
nifesta, et que oculis pateant omniū: que si scribi nolunt,
doleant etiā facta. Solus in hac editione lepor nō adest
dicendi: de quo reprehendi apud religiosos non timeo.
Quid enim? Ergo ne veritas despicitur: quia facundie
ornatu non vestitur? Absit. Veltor est em̄ fermo planus
et verus: q̄ ornatus et falsus. Sed hec nihil ad p̄positū.
Hoc ergo sintagma examini tuo subijcio: ut si dignum
iudicaueris legatur fratribus: sin autem indignū, oculos
fugiat dominoꝝ. Vale. Anno dñi. D. cccc. xcij. vndeci
ma kal. Maij.

A ij

3
**Incipit liber penthicus dñi Jo
hānis critemij spanhemensis**

abbatis de ruina ordinis diui patris nostri benedicti.

Um ordinis nostri pristinū decorem ad
mentē reuoco: eius quā modo patit̄ des
formitati vehementer cōdoleo: ita ut lan
chrymas mihi emittere magis libeat: q̄s
penthicū formare sermonē. Quis enim
ruinā eius nō desleat: si vetustā illi⁹ gloriā

nam pensat? Q si ad memoriā aliquādo reuocem⁹. huius
sacratissimi ordinis aurea quondā secula: quādo velut pa
radisi fluius doctrina et sanctitate. totā p orbē irrigauit.
ecclesiā: q̄s nihil sit p̄sens eius status. facile p̄penderemus.

1. **O**bseruātia siquidē n̄ra (quā regularē vocamus) veterū
institūtis cōparata. inuenit̄ nō solū minor: sed in multis
quoq; remissior. Quomō obscuratū est aurū: immutatus
2. est color optimus? Splendor sanctitatis eximie. rutilās
3. olim. terrenoz cupiditate obscuratus est: cessit honesta
tis norma illecebris voluptatū. Idcirco pducāt oculi mei
lachrymas p diem et noctē: et nō taceant. Quoniā cōtrī
4. tione magna contrita est religio populi mei: plaga pesti
ma vehementer. Si egressus fuero ad agros. ecce ociosi
et vani: si introiero cenobia: ecce attenuati voluptatibz.

Multos em̄ p̄fessores regule benedicti patris inuenio:
paucos ad eius traditionē ambulare cerno. **M**ultipli
casti ait p̄pheta dño gentē: nō magnificasti leticiā: qz dñi
sancta monachoz exercicia in multis deficiūt: verā leti
ciā que de virtute nascitur. praua corda non admittunt.
Utinā euigilemus vel sero tandē. post tot p̄ditionē aiaz:
que iugo regularis obseruātie cōtemp̄to in abissum dā
nationis descenderūt. **U**tinā benedicti legislatoris nostri
metuamus sententiā: qui totiens ad rationē deo reddendā
dam. abbas duri ferit insaniam. **A**d vos nūc igit̄ (o rea
uerendissimi patres) meus sermo dirigēdus est: q̄ aucton

4
ritate apostolica ordinis capitula celebratis: qui cōpel-
lendi ad disciplinā rebelles potestatem accipitis: qui ordin-
nis nr̄i zelū secundū scientiā habetis. Vos itaq; alloquor
vobis vt ordinī prope labenti succurratis psuadere iux-
ta vires conabor: qđ ut faciatis qđ studiose exhortor. At-
tendite (o patres) religionis nr̄e statū miserabilē: et quā-
tū sufficitis calamitati eius succurrite: si eū cupitis in si-
nem pdurare. Non latet vos multoz improbitas: qui vt
ordini disciplinā possint effugere: ab eo se laborāt dimē-
brare. Horū temeritati fortiter obuiandū est: ne paucoz
impunita malicia: multis audaciā prebeat delinquendi.
Et paucoz nequicia: semp̄ crescit dilata. Quāuis vnus
malo publica fama corrūpi nō debeat: tamē vulgus im-
peritū ex paucoz delicto om̄es vituperat. Malos igitur
q̄ sua deformitate famā bonoz obnubilāt: superiores q̄
nō puniūt cōfortant. Ad vos itaq; patres p̄tinet mona-
chos deformatos p̄ posse corrigere: vestri officij est ordi-
nē in suo vigore cōseruare. Et qz stultus sermone nō cor-
ripitur: qđ iherofantes noster cōtra incorrigibiles quasi
monostice posuit: generaliter in istos referatur. Exurgite
nūc patres qz tempus est: armate vos zelo discipline
regularis: hereditatē diui patris benedicti oro defendite:
elatos pellite: rebelles corripite: duos arguite: p̄ cō-
seruatione nr̄i ordinis fortiter pugnate. Armate vos ar-
matura dei et amore ordinis: nō tam vris laboribus. q̄
christi auxilio pugnatur. Illius gr̄a vobis p̄stabit auxi-
liū: si in puritate cordis ad eū sedulas p̄ces effundatis.
Cur ergo dissimulatis? Cur partē sancti benedicti non
defenditis? Quādiu cōtra ordinē sanctū iniquoz studia
p̄ualebūt? Vere patres vere necessitas magna ordinis nr̄i
citātū expostulat remediū. Cōuersationes abbatū et mo-
nachoꝝ irregulariū intendite: et qđ inique cōtra discipli-
nam ordinis calcitent ponderate. Preter habitū et hūe-
sp̄m in multis dissolutum nihil honestatis vel religionis
ostendunt. Sed hec suis deputata locis reseruantes: ad
intenta properemus.

Alij

Parvitas ror die
Imperat' a
Vid. Dionysiu
Cartusianu
J. Oratio de
Plurim' d' m' f'
nota d' iur' r' r' r'
m. 358 folio.
Eundem v' d'
J. v' d' p' d' t' u' a' l' e'
compi. v' d' i' o' v' f'
a' s' i' m' o' a' r' t' i' c' u' l' o'
4. v' 3.

De sanctissimo statu ordinis

nostri primitiuo.

Cap. ij.

Inuenio hunc quendam monachum in monte s. Michaelis 34. h. o. d. o. n. a. f. u. i. m. p. l. u. r. i. t. e. m. p. r. i. m. i. t. i. u. o. m. o. n. a. c. h. o. r. u. m.

Matth. 16.

Luc. 10.

34.

Acturus ne sim omnibus rem gratam. si prio-
rem ordinis nostri statum paucis commen-
dem. aliquantulum dubito: quippe qui veter-
rum laudibus. monachis nostri tps. parum
iudicor detulisse. Sunt em̄ qui se vel optimos arbitrentur
monachos: vel optimis illis q̄ nos p̄cesserūt patribz au-
deāt cōparare. Ut cūq; autē se metiantur: nō mibi succen-
seant: si veterū obseruātie nostrā nō audeā adequare. Nā
si recto lumine vitā eoz contemlemur: optimū e nobis
habitū: vix bono illius tps monacho poterimus cōpar-
rare. Sancta quippe illoz conuersatio: virtutibus cho-
rusca. signis a probata: omniumq; erudicōne scriptura-
rū illustris: gratiā apud deū p̄meruit z homines. Audien-
tes em̄ vocē dñicā. si q̄s vult post me venire abneget se
metip̄m: et tollat crucē suā quotidie et sequat̄ me: cōtem-
pro seculo ad cenobia cōuolarūt: subdentesq; colla iugo
regule: obedientie normā humiliter susceperūt: deū ex-
to corde diligentes: nihil in hac vita mundanū quesi-
erūt: sed caducis om̄ibz sp̄retis: atq; in camino paup̄ta-
tis p̄bati: ad celeste regnū feliciter puenerūt. Erant viri
maturi. zelosi. atq; doctissimi: fide firmi. spe robusti. gemia
charitate fulgidi: mente puri: deuocōne precipui: om̄q;
virtutū honestate decori. Nulla illis cura terrenoz: nul-
la inerat illecebra voluptatū: sed totis viribus ad deū cō-
uersi: mundū cū suis vanitatibz deuicerūt. Unde reges
et principes hui⁹ seculi: viri deuoti. et deo cari: p̄pter cō-
uersationē monachoz sanctissimā: ordinis amatores fan-
cti sunt: eūq; donis z largitionibus magnifice exaltarūt.
Baudebāt suis tēporibus sancta monachoz studia dila-
tari: et in extremas mundi regiones: cū gloria extendi.
Sancti et em̄ monachi quāto plus deū amabāt: tanto
etiā amplius ab hoibz amabant. Et quāto min⁹ terrena:

*2007
fol. 6.
31.
42.
43.*

amblebāt: tanto in necessarijs corporis deo providente
amplius abundabant. Amantibus em̄ deū: om̄is munda-
dus diuiciarū est. O q̄s decora facies iuuetutis tue: sano
cta religio benedicti: q̄s pulcher aspectus: q̄s ornata oim̄
virtutum splendore maiestas. Quis te digne pensulare
sufficeret? Tu viā triū dierū: populo dei de seruitute pha-
raonia in deserto liberato exhibes: dñi a mundi tenebris
ereptos p̄ tria substancialia religionis vota: hoies ad de-
sertū cenobitice conuersationis p̄ dei amore venire psua-
des. Beati p̄fessores tui: qui de huius seculi egypto rece-
dentes: p̄ hanc viā triū dierū ad eterne p̄missionis ter-
ram totis desiderijs anhelant. Hic est sancte religionis
triplex funiculus qui facile nō rūpitur: q̄ obedientie casti-
monie et paup̄ratis fulgore decoratur: q̄ suos amatores
ad celestem patriā reuocat: q̄ cultores suos summo im-
peratori christo iesu letos representat. Nam etsi ad regula-
rem obseruantā multa sint necessaria: ausim tamen dia-
cere: quicunq; hec tria illibata custodierit: vt funiculus
triplex securus in ordine cōsistat. Om̄ia em̄ statuta ordi-
nis pro cōseruatione istoz substancialiū facta sunt. Hoc
monachi sancti antiquitus sollerter intuentes: viā hanc
trium substancialiū studiosissime obseruabāt: p̄ cōtemp-
tum omniū mundanoz spiriū pauperes: p̄ castitatem
mentis et corporis continentēs: p̄ humilem subiectiōē
obedientes: et in om̄i virtute locupletes. Doctrina et san-
ctitate clarissimi effulserūt: et tam verbo q̄ exemplo mul-
tos ab iniquitate ad iusticiā cōuerterūt. Unde p̄ficienti-
bus meritis: ad ecclesiarū gubernacula multi eoz pro-
moti sunt: qui quāto altius positi fuerant: tanto virtuti-
bus innotuerūt clariores. Que autē ecclesia sacerdotem
nō expeteret de ordine benedicti? Que gens nomi christiano
deuota: doctorem non cuperet ex collegio mona-
chorum? Multis em̄ annis in ordine sancti patris be-
nedicti: viri in om̄i doctrina et sanctitate prestatissimi cla-
ruerūt: sicut oēs pene testatur: q̄ veterū cōscripserūt histo-
rias. Et reuera (vt absq; inuidia loquar) facile p̄cellit oēs.

Tria vota
Ankaha
16. 4. 20. 30
53. 50

falso 26.

Gubernator
- 1115

40.

Egredietur a
caus ordinis
Benedicti.

Solo 5.

1. 2
3. 4.

folio . 8 . 9

1.
Suntia sup.
sanctilog mo-
ny

Equidem Paulus habet in oratione de publica vita in ord. 5. Brand. folio 10.

propter regis
diomissus
in oratione
narratoris
quilo 7. or 8.
De y talis homo
que dicitur
audiri possit.
30.

ordines sc̄a religio benedicti: si dignitatē: si latū in orbe
dominiū: si viros doctrina ⁊ sanctitate insignes. si deniqz
multitudinē eoz. velle attendere. Protulit em̄ hec venerā
da plātatio sum̄os pōntifices decē et octo: cardinales plus
q̄ ducentos: archip̄sules mille sexcentos: ep̄os ter mille
quīgētos. Si q̄s autē hāc illustriū presulū summā velut
nimā vocat in dubiū: chronicas ⁊ gesta reuoluat veterū:
et paucos designatos cōperiet ex pluribz. Nemo autē oz
digno pristinū decorē metiendū de p̄senti existimet: cū n̄rl
ad illū nō sit equa cōparatio: quādo n̄ris tēporibz mon
nachi. nec scientia scripturarū. nec morum sanctitate (ut
olim) clarescūt. Inuenies forsitan etiā nūc deuotos mon
nachos licet paucos sed simplices: sed ideotas: sed om̄i
disciplina bonarū artū expertes. Sed ad regimen aiaz
hoc tpe deuotio nō sufficit: si scripturarum scientia desit.
Si autē monachi n̄ri nec deuoti fuerint nec eruditi: ad
regimen ecclesiarū merito censent̄ indigni. Multi deniqz
subiecti bene ambulant: q̄ si ad gubernationē alioz fue
rint sublimati: nunq̄ in tranquillitate prioris vite subsiste
rent. Et vt breuiter dicā q̄s sentio: nec monachis ecclesie.
nec ecclesijs monachi. hoc tēpore digni sunt. Causa autē
prudenti nō est abscondita: que in lucē posthac suo tem
pore erit p̄ferenda. Jā si libet p̄sentem ordinis nostri sta
tum qualis sit paucis inquiramus.

1. 2.

3. 4.

36.

39

n 40.

De ordinis n̄ri debili statu p̄nti

Esecerūt pre lachrymis
oculi mei: cōturbata sūt
viscera mea: effusum est in terra secur meum:
sup cōtritione ordinis mei: cū deficeret in eo

Cap. iij.

paruus bumilis: cū abiectus sine honore manibz par
teat inimici. Lugentem me nemo despiciat: doloꝝ meū
nemo incuset: honores non quero terrenos: dignitates
non ambio ecclesiasticas: sed doctrinam et sanctitatem
ab ordine meo defecisse ingemisco. Quid nobis cum vas
nis honoribus: qui vitam queritamus in celis?

honor n̄r
p̄sentis

doctrina
sanctitas

doctrina et sanctitas quā modo uocantur
conari conp̄t ex officio abbatis 24. 25. d. 7. 21. 24. 25. 29.
ex p̄hibet aliquo ex p̄hibet p̄uocari ali 49 ex p̄hibet
sanctitas sūm q̄ntas quā ubi sū uocantur p̄p̄t ex 24. 25. 29.
capituli d. 24. 25. folio 49. 57. 58. 60.

doctrina et pietas ⁊ uoloz animarū ⁊ quirit 57. 59.
honoratā magmū meli oratō 58. 48.

Deus cecidit corona capitis nri: deuotio monastica tep
puit: caritas refriguit. honestas regularis discipline ut plu
rimū defecit. Ubi est nūc in ordine nro. sacratissimis illa
doctissimisq; uiris opulenta quondā deuotio: ubi in omni
varietate scripturarū venerāda eruditio: ubi abbatū erga
curā dñici gregis sollicitudo: **B**ulta cenobia secundū re
gulā sancti benedicti fundata cōspicimus: in quibus p̄ter
nomen et habitū. nullū regularis discipline uestigium uide
mus. **S**emp hoc o patres lamentū assumite: ruinā sacra
tissimi ordinis nri deplorare: si forte cōuertatur deus ad
ueniā: et relinquat post se benedictionē. **E**t vos p̄uarica
tores qui causa istoz estis fletuū. redite vel sero tandē ad
cor: redite: et benedicti legislatoris v̄ri indignationē me
tuite. **A**tendite desolationē ordinis quā malo v̄ro indu
citis: timete om̄ipotentis irā. quā v̄ris sceleribus puocas
tis. **N**e nobis. **U**rbs religionis nre ab inimicis in circula
tu nro destruitur: discipline domus in nihilū redigūtur:
et nemo inuenitur qui resistat: nemo qui se murū p̄ domo
dei opponat. **O**m̄es que nra sunt querimus: om̄es cōmu
nem necessitatē ordinis dissimulam̄s. donec et nos pau
latim deficiemus. **H**ereditas nra uersa est ad alienos: do
mus nre ad extraneos. **C**enobia que ad monachoz habi
tacula cōsecrata sunt: iam stabula sūt clericoz. et milia
tū fortalida pugnantiū. **O** qd dicā: **P**udet me effari. qd
hoies sine cōscientia in claustris monachoz nō pudet pe
petrare: q̄ secretū religiosoz turbāt. domos oracōnis in
habitacula negociatoz cōmutant. **C**ōpartoz tuis calami
tibus o benedicti venerāda religio: te in direptionē om̄i
trāseuntē expositā ingemisco. **N**ō est qui consolet te ex om̄i
bus caris tuis: qz qui tibi possent succurrere nolūt: q̄ vo
lūt subuenire tibi nō possūt. **O** q̄ pulchra uenustate quon
dā in ecclesia dei floruisti: quādo viros om̄i sanctitate et
scientia insignes genuisti: et uelut iunior fortis et cōstans.
om̄nē a te inhonestā cōuersationē solebas depellere. **N**ūc
autē uelut senectute et longa dierū oppressionē fatigata de
fecisti: et uirtus iuuentutis tue ablata est: eo q̄ nō sit ama

Deuotio
honestas
honestas

* 59.34.

De
Poenitentia
Prophetas 11.

auaritia

Lora monachorum
et clericorum

Salu. 7.

9
plus in te pulchritudo tua. Ubi est nūc zelus tuus? Ubi
est decor vultus tui: vbi honor. vbi lata quondā in orbe ^{20. 11}
vniuerso potestas. Ubi sunt filij tui in circuitu mens tue:
viri eruditi atq; sanctissimi. Ubi est deo et angelis venera
bile studiū lraz: cuius feruor te olim sup omnes ordines
fecit sublimem. Omnia defecerūt: et tu ad nihilū pene ren
dacta es: pulchritudinē iuuentutis tue amisisti. et forti
tudo adolescentie tue dissipata est. Cui cōparabo te: vel
cui assimilabo te filia segregata: cui adequabo te. et cōso
labor: mater monachoz. Magna est velut mare cōtrito
tua: q̄s medebit tui? O si hāc quā modo experiris ruinā
cauisses: q̄s felicē te dicerent omnes nationes. Sed dixisti
in abundātia tua: nō moueboz in eternū. Inopem te con
pia fecit: et tēporaliū abundātia rerū. te omī ornatu tuo
spoliavit. Filios genuisti pteruos. inobedientes. sanctis
institutis rebelles: qui sub chlamyde honestatis tue laten
tes: te omni decore tuo nudauerūt. Deu mater et virgo:
inueterasti in terra aliena: deputata es cū mortuis: nō est
species decoris tui. ³⁴ Exurge nūc benedicte monachoz sa
cratissime princeps: et vide ordinē tuū quē instituisti. et
hereditatē tuā quā plātaſti. ¹ Aspice monachos tue p̄fessio
nis oblitos: terrenis immerſos: voluptati deditos. omī
ſcaturigine vicioz plenos. Tu olim eis optima viuendi
p̄cepta dedisti: tu a ſeculariū negotioz curis alienos eſſe
p̄cepisti. tu corda eoz ad ſolius dei amorē extendi iuſſiſti.
Surge inquā o beatissime pater et vide deſolationē ordi
nis tui: quonā a ſuis filijs intus cōfunditur: et foris ab
hostibus diſſipatur. ¹ Cōtēnūt instituta pietatis tue mo
nachi: rapiūt cenobia ordinis tui hoīes alieni. ² Nō est qui
honorē noīs tui defendat: nō est qui ordinis tui ſacratissi
mī decorē tueatur. ² Suscitare et tu o magne papa grego
ri. qui loca monachoz deo ſacrata in vſus ſeculariū trāſ
ferri ſub anathemate phibuiſti. et vide monachos de cen
obijs expulſos. et clericos mūdānos intruſos. Tu quon
dam omniū eccleſiarū princeps. maximā honeſtati mon
aſtiche curam adhibere ſolebas: ingenti ſollicitudine cau
uens: ne quid in ordine ſacro contra regulam benedicti

Studium

abundantia
temporalium
notitia

34

1
2. 34

2

10
p̄sumeretur. Intuere nūc monachoz cōuersationes o re
uerendissime presul: omni honestate nudas. om̄i turpitu
dine plenas. Uide quomō cenobia ordinis tui deo dica
ta: in manus tradūtur clericoz. et que olim angelicis cho
ris poterāt comparari: modo prostibula sūt meretricū.
Suscitare imperatoz gloriosissime. et christiane fidei de
fensor inuicte: germanoz decus karole. ⁊ uide monacho
rū calamitatē: q̄ ordinē benedicti patris quondā glorio
sum reddidisti. et p̄ vniuersum pene mundū tuo studio di
latasti. Uide nūc que olim fundasti cenobia: om̄ia in di
reptionē inimicoz exposita. Qui quondā ordinē monas
ticū ut castra dei veneratus es: iam velut cōtemptū ab
om̄ibus nudatū bonis o princeps sancte cōpatere. Tu
abbates et monachos olim tepescentes: cū ingenti cura
ad obseruantia regularis discipline cōsueuisti reducere: et
iam reformatos ingēti sollicitudine ab om̄i molestia tuo
rū vel quozūlibet defensare. Et surge et tu berno clunian
censis antistes cenobij cū successoribus tuis: qui ordinē
sanctū collabentē antiquitus magnifice restaurasti: et ad
pristinū decorē in toto orbe reduxisti. Surge inquā nūc
et uide quē admodū monachoz abundet iniquitas: furoz
dñetur. exuberet scelus: vniuersos pene faciat insanire vo
luptas. Decor tue reformatōis ablati est: disciplina cor
ruit: honestas fugit. zelus sancte cōuersationis perijt. hu
militas expirauit. Suscitare hirsaugiensē cenobij abba
wilhelme reuerēdissime pater. q̄ cluniacensem instauratio
nē post lapsū in alemania reformati: q̄ monastice cōuer
sationi copiosa instituta puidisti: q̄ tuis p̄cibz infirmoz
artus solidasti. q̄ nationē germanicā doctrina ⁊ sanctitan
te velut sydus fulgentissimū illuminasti. Surge et vos
o prestantissimi patres diuersarum reformationū auctori
res: et videte labores vestros iam perisse: constitucōnes
neglectas: exhortationes spretas: protestacōnes sollici
tudinis cōtemptas. Vos ordinē monasticū vita ⁊ doctri
na reddidistis gloriosū: deo dilectū: angelis venerandū.
vobis sanctū: hominibz reuerendū. Ubi nūc ista merita:

3

40

50

o

et aut. d. f. r. m. m. d. a. f. o. r. d. d. h. i. o. b. l. i. c. i. o. v. e. s. t. u. d. i. u. l. i. b. e. r. a. n. d.

123.

Anglio

d. 11

Monachi regni
rang. m. i. f. u. l. u. r. i.
p. t. i. m. i.

apostate huius
fur.

Tibi nunc iste operationes sanctorum? Deu mater veneranda religio: ad quantam calamitatem deuenisti. Qui te olim glorificabant: modo despiciunt. qui honorabant: modo contemnunt. Dereliquisti mandata legislatoris tui: studium scripturarum abiecasti. propterea contemptibilis facta es. Filios quos genuisti: fecerunt hoc malum tibi. Vox enim ut monachi ceperunt terrena sapere. lectiones sacras negligere. interna postponere: color tuus optimus in sedum mutatus est. Sed quid? Qui cadit. frequenter apponit resurgere: tu autem semel lapsa: nunquam in toto surrexisti. Quis cluniacensis. quid specuensis. quid ytalienis. quid castellenis. quid mellicensis. quid nouissime burksfeldensis. et si que alie proter eas reformaciones fuerint: quid ad totum ordinem facere potuerunt vniuerso diffusum in orbe? Flametis cluniacensis in omnibus mundi prouincijs lumen sue honestatis effuderit: tamen multa cenobia in diuersis regnis in pristina deformitate derelicta. Ex eo enim tempore quo religio nostra primo cecidit: nulla unquam generalis reformatio fuit. Quis facilis descensus auerni: quis prompta voluntas delinquendi: quis maxima post lapsum resurgendi ad rectitudinem difficultas. Omnes (ut ita dicam) ceciderunt: pauci a deformitate sua surrexerunt: multi in suis voluptatibus computrescunt. Doleo super te o flos monastici decoris: doleo et vehementer quidem: etsi aliter tibi succurrere non valeo: lachrymas et calidas et amarissimas. pro tua contritione fundo. Sed et vos o colendissimi patres: qui honorem ordinis vestri diligitis: qui contritionem ioseph nostri mistici doletis: qui ad eternam hereditatem venire cupitis: attendite statum nostre religionis. desolationem eius inspicite: de remedio cogitate. Ecce rapiuntur in circuitu de manibus sancti benedicti opulenta cenobia: ecce claustra monachorum clericorum sunt habitacula: et de malis studiis monachalium ad pessima transferuntur. Erras o prudentia mundi: potestas seculi deciparis: nunquam ex malo monacho bonum canonicum poteris instituere. Sed et vos prauaricatores attendite: apostate ordinis auscultate. Que vos demencia impellit: ut cenobia que non extruxistis sancto benedicto destruatis? An

putatis vos a damnatione liberos: si ablecto monachico
co scenate, clerici peccatis: Saluabit ne vos in districto
examine peccadi psumpra licentia: Forsitan in alieno ha
bitu demonibz eritis incogniti: Uidebim? si deus trasla
tionē vestrā a prober: cū in illo tremendo iudicio trans
gressionis vře rationē reddere fueritis exacti. Timeo autē
ne modo sine ordine viuentes inter eos locum receiptatis:
vbi nullus ordo sed ppetuus horroz inhabitat. Nā quā
aliā sit mansionē recepturus: de malo monacho canoni
cus peior effectus: nō satis intelligo. O insensati, ac vobis
ipsis inimici: q̄s docebit vos fugere a ventura ira: Quis
causam vestrā iniquā contra sanctū benedictū in illo tre
mendo examine defensare vel poterit vel audebit: Quē te
meritatis vře aduocatū habebitis: Sanctus benedictus
princeps monachoz stabit in testimoniū cōtra vos: accu
sabit vos, et cōdemnabit: q̄s excusabit vos: Non tibi
blandiaris voti regularis cōtempzor inique: cōscientiam
tuā ne palpes: si benedictū habueris aduersariū: nullum
sanctoz inuenies amicū. Nā qui vnū celestis patrieciū
offenderit: om̄es offendit. Ubi em̄ summa et felix trāquil
litas: ibi erit et animoz indiuisibilis vnitas. Quis ergo
te liberare poterit de manu dñi: si steterint aduersū te oēs
sancti: Inuoca eos qui te modo decipiūt: q̄ ordinis a te
habitū tollūt: q̄ te blandis sermonibz abducūt: q̄ apostata
sue tue cooperatores existūt: ut te ab instante tribulatione
defendāt. Quasi iustus vix saluabitur: apostata et ordinis
sancti destructor vbi parebūt: Non liberabit impium in
illa die iusticia sancti: neq̄ sibi miser, alteri feret auxiliū.
Quinpotius eos quos tantē collaboratores psumptio
nis nūc muneribus et donis tibi concilias: tūc infelicitas
tue testes habebis et socios. Nullus defensor prae
actionis ibi erit: nullus iniquitatis aduocatus: quoniā
vbi nuda erūt om̄ia: ibi ad damnationē vnicuiq̄ satis erit
accusatrix cōscientia. Ibi stabit exercitus sanctoz aduersum
eos, qui monachoz habitacula inique pphanarūt:
q̄ ordinē diuoz patrū impie destruxerūt. Sed auctores

B

1- 2
3- 4
Uideri v̄ =
Ar. m̄. f̄. p̄.
m̄. l. d̄. p̄. l. z
t. d. futurū

oburho

harū rerū quas mihi iuste videoz dixisse iniquas: factis
 fui ita excusare nituntur dicentes. Monachoz improba
 cōversatio ad extremā paupratē cenobia impellens, cor-
 rigi et emendari nō potest nisi in aliū statū transferatur:
 ppter multas quas sibi fingūt rationes; quas etiā in se-
 quētibus deo largiente monstrabimus inanes. Aliū de
 niqz. Malos monachos p trāslationē corrigere nō solū
 peccato caret: sed et iusticie et pietatis pars magna est.
 Sed vbi possunt hec discerni? Quēadmodū que dicitis
 vera docebitis? Malos monachos ad bonitatē cōver-
 tere laudabile et sanctū est: sed canonicos facere, non est
 emendare monachos: sed deprauasse. Nunq̄ erit bonus
 canonicus: monachus malus: bonus autē nō exnet or-
 dinē suū, sed diliger: colet amabit. Nolo iā cōtendere ver-
 bis, nolo nimius esse aut vehemēs: trāslationis hui⁹ effe-
 ctum nolo depingere, quē paulatim in lucē nō dubito ven-
 nire. Si monachos malos voluistis canonicos facere:
 quare bonos in locū eoz nō reposuistis? Nō est sine voti
 trāsgressione cōmutatio: que in deterius p̄sumpta muta-
 tur. Ne vobis desertores q̄ ut vris voluptatibz satisfiat:
 ordinē cōtemnitis, votū negatis, equitatis normā cōfundi-
 ditis. Omnes stabim⁹ ad tribunal christi ait ap̄ls: vt aci-
 cipiatur vnusq̄sqz, put gessit in corpe suo. Quid ibi destruc-
 tores monasterioz accepturi sunt, qui omnipotentis hon-
 nori nō deserūt: q̄ violant pactū: q̄ sanctoz euacuāt vol-
 untates, qui decreta iuris despiciūt? Si bonū est funda-
 re cenobia: malū est (nemo dubitet) ea destruere. Actio
 cōtraria, mercedē nō nisi cōtrariam accipiet. Deniqz si ho-
 minis demortui vltimā voluntatē, in legatis q̄uis homi-
 ni factis nemo audet infringere: cur amatores mūdi deo
 et sanctis oblata, sibi p̄sumūt vsurpare? Si reus est cri-
 minis q̄ testamentū hoīs violat: qua pena dignus est qui
 fundacōnes cenobioz a sanctis ep̄is et principibz factas
 in vsus alienos inique cōmutat? Enimvero reges princi-
 pes presules ceteriqz fideles qui ad dei honorē cenobia
 fundauerūt, hoc sumopere voluisse cōprobantur: vt fun-

Voluptatibz
 multa
 In iudicio extremo
 ratio de cogitatio
 malis et virtutibus.
 Monasteria fou-
 care bonis

14
dationes huius instituti effectum inuolabilem sortirentur.
Si canonicos habere voluissent in cenobijs: monachos
non posuissent. Sed ceca hominum ambicio tanta inuas
luit: vt nihil minus quam futura cogitet: nihil plus quam cadu
ca amet. O misera humane fragilitatis conditio: o damna
bilis semp mandatorum dei obliuio. Consensere iura pecc
catis. et cepit esse licitum quod publicum est. Flagrant ubique de
licta: et passim multiformi genere peccandi per improbas
mentes nocens virus dolos operatur et fraudes. Dico
dine confundit: ille penitus destruit: hic voluntatem sancto
rum subducit. ille falsas dimembrationis allegaciones conscri
bit. Hic arcentur cenobijs monachi: illic bonis ordinis
donantur alieni. Inimicus iustorum insinulat: calumniator
impugnat: testis mendax infamat. Esse iam inter nocen
tes innocuum: crimen est. Quis illic honestatis amor. que
posset esse mentibus integritas: ubi propositum ordinis dese
ritur: ubi deo facta votatio reuocatur: Quis maneat il
lic rerum pudor: que virtus posset subsistere: ubi ius viola
tur diuinum: ubi nullus de legibus metus est: de iudice
pauor nullus? Quid potest inhumanius. quod crudelius
dicit: quam ius sibi velle usurpare diuinum: phas confundere:
infringere votum. debitum deo subtrahere cultum: O dies illa
tremenda cunctisque horrenda mortalibus: qua diu tole
rans hec mala monachorum vindicabitur ira dei: qua de
bitam sententiam apostate penam: qua temeritatis sue sancti or
dinis aduersarij luunt vindictam. Quid vobis tunc proderit
voti deo facti negatio: quod ordinis extinctio sacrati: quod
breuis turpiter empta in carne voluptas? Cum ceperit dominus
suos recensere cultores: promissos monachos veros donare
promissis: bonos discernere malis. veraces diuidere falsis:
quem vos locum accepturi eritis: quem habituri successuri: qui san
ctum religionis propositum abnegatis. qui votum fragitis. qui ordinem
spernitis. qui fidem violatis. Vanam huius vite breuitatem pensare
tis: vanam future retribucionis examen timeretis. vt saluta
ribus compuncti doctrinis: domini vocem per penitentiam attendere
tis dicetis. Nolo mortem morientis: sed vt reuertatur et viuat

B ij

ambicio

1

2. 3

4

5. 5.

7. 8.

7.

1

2. 3.

4

1

2. 3.

4

... dies illa tremenda 1.

... penam dicit

Ezechiel. 18.

15

1-2-3

Zom. 2

1
2
3

*dom. religiosi
num. d. 1. 3.*

Et p. prophetam. Reuertamini ad dñm deũ vestrũ. quoniam
 misericors et pius est: patiens et multe miserationis: qui
 sententiã reuocet. si vos lachrymis culpã velitis abluere.
 Vos autẽ iudiciũ dei nõ timetis: clementiã spernitis: pa
 tientia longanimitatis illius cõtemnitis. Idcirco in quell
 bet vñm. dicit aplus. Ignoras q̃ patientia dei ad peniten
 tia te adducit. Tu autẽ secundũ duricia tuã et cor impe
 nitens thesaurisas tibi iram. in die ire. et reuelacionis iusti
 iudicij dei: q̃ reddet vnicuiq̃ iuxta opa sua. Iustũ iudiciũ
 dei dixit esse qz serũ est: qz diu multũ differt: vt vobis ad
 vitã longa dei patientia cõsulatur. Vos autẽ quẽadmon
 dũ penitentiã ageris. q̃ culpã nõ agnoscitis. Dolebitis sed
 sero: quãdo iam locus nõ erit penitẽtie. sed retributio vin
 dicte. Tũc ergo referet pena impio et peccatori: quando
 iã nõ potest penitentiã pdesse peccati. Quis rei tũc reman
 nebũt. q̃s miseri. q̃s infelices: qui ppter breuissimã hui⁹ t̃pis
 voluptatẽ. dei ordinisq̃ sui desertores et cõtra deũ rebela
 les: voluntatẽ fecerũt diaboli. vt eos necesse sit cum ip̃o
 inextinguibili igne torqueri. Utrĩã hec cordibus hereãt
 eoz. vtinã ista cogitarent: q̃ ordinẽ suũ deserũt. qui votũ
 infringũt. qui et deo et sanctis eius tã audacter mentiũtur.
 Sed frustra nitimur: verba nra nunq̃ accipiũt: q̃ dei et
 ecclesie et sancti benedicti sermones contemnũt. Idcirco
 hec causa ordinis nõ verbis: sed rebus gerenda est. Ar
 memur itaqz patres viribus totis. et paremur ad agonẽ
 mente incorrupta. virtute deuota. cõstantia firma: contra
 eos qui ordinẽ nostrũ delere cupiũt: q̃ monachũ exiũt:
 qui cenobia auferũt: q̃ regulã deserũt: q̃ suis visitatoribz
 rebelles existũt. Ar memur obsecro patres zelo discipline
 regularis: honore ordinis: nullis laboribus: nullis par
 centes expensis: ne pniciosa pestis nostro silencio fota. to
 tũ successiue ordinẽ inficiat. Nunq̃ ordinẽ nro tanta ne
 cessitas incubuit: nunq̃ tot malis inuolutus fuit. Ecce
 monachi habitũ exiũt: in habitacula clericoz cenobia
 transferũtur: et dũ cõmodis vacamus priuatis: dũ labo
 res fugimus: dũ expensis parcimus: dũ auaricie nostre

1.
2
3. 4
5. 6.

15
cōsulimus: ordo perit: religio transit: dei cultus euanes-
cit. *maiora* Vult iam cenobii *tempoz* (ne dicā igna-
uia nra) ab ordine translata sunt: et nisi aliter vigilemus
maiora damna nobis inferenda temeritas prauoz mi-
natur. *Amurū* Vbi stultoꝝ audacia nō statim reprimū:
ocasio p̄sumendi ceteris similia p̄betur. *Quid dicam de*
monachis quos adhuc solo habitu et tonsura in ordine
habem? *Et ne mēbra p̄feramus capiti:* q̄d abbatibus
deformatis hoc tpe infelicius? *Nihil minus q̄s regulam*
curant: nihil studiosius sectantur q̄s libidinē: auariciam.
voluptatē. superbiam. et nūdi vanitatē. *Sic capite insecto:*
om̄ia mēbra corporis corrūpūtur. *Jam in cenobijs vbi*
regula despicitur: vbi disciplina nō seruatur: q̄d aliud q̄s
quedā scaturigo omniū vicioꝝ cōspicitur? *Nulla obedi-*
entia: nullā paupertas: nullā castitas apud illos virtutis
amore tenetur: *inter quos viuere sine crimie: crimen est.*
Hi sunt homines corrupti: monachi pueri: doli artifi-
ces: fraudis auctores: iniquitatis ministri: sceleris ami-
ci: q̄ disciplinā fugiūt: obseruantiam cōtemnūt: ordinē de-
struūt: vnitatē cōfundūt. *Et reuera patres nisi his ma-*
lis cita p̄uideatis remedia: in breui ordinē videbitis et
dolebitis imminutū. *Sed forte dicitis. Nunq̄ defuit vi-*
gilantia: diligentia nra nunq̄ cessauit: semp nos maloꝝ
temeritati o p̄posuimus: dimēbrationes monasterioꝝ sp̄
impedire conati sumus: et nihil vnq̄ p̄fecim? *Quid nri*
labores. q̄d studia. q̄d expense graues p̄ficiūt: dū se prin-
cipes ecclesiarūq̄ rectores tā potenter o p̄ponūt? *Scio*
patres vera que dicitis. scio facta: scio cōtinuata. *Sed*
obsecro ne verba mea in malā partem velitis accipere: si
obiectionibz istis ausim respondere. *Uigilantia v̄ra in cau-*
sis ordinis nota mihi est: labores p̄spicui: expensarū ma-
gnitudo p̄bata: cōtinuatio in his semp adhibita. *Sed*
velim vos reminisci o patres duoz oracij versuum qui-
bus dicit. *Est modus in rebus: sunt certi deniqz fines:*
quos vltra citraqz nequit cōsistere rectum. *Aduersarios*
multos habemus et diuersos: nō est vno contra omnes

*

abbatibus infirmitas

z. vultu vltimoz
lib. fol. 5.

obicitio

obitus

Horatius

abbatibus infirmitas
frugifera

pugnādū modo: sed diuerso, sed vario, sed discreto. Monachi sumus, p̄fessores humilitatis: pugna nobis orationibus, p̄cibus, supplicacōibusq; inchoanda est: non feritate irritandis in p̄ter altus: nō preceps in deos p̄ducenda sentētia. Precibus numina placātur nō minis. Sed de hoc satis. Credo em̄ vos patres qd velim intelligere. Neq; hec passim elucidāda sunt om̄ibus: sed his tantū qui zelū ordinis habent et exequēdi potestātē.

Contra eos qui se ab ordine transserūt vel iam dudum trastulerūt.

Cap. iiii.

Uste ne satis mouear aduersum illos q̄ se ab ordine n̄ro dimēbrare conātur: nec satis scio, nec si sciam facile ausim dicere: quippe quos om̄ipotentis patientia tādiu tolerat: tā tarde flagellat. Sed cū finē illoꝝ intueor: q̄ se iā dudū ab ordine dimēbrarūt: cōsidero hāc longanimitatē patientie dei districta satis animaduersione vindictā. Nam sicut ex eoꝝ relacōne accepim⁹ q̄ plures illoꝝ nouerūt, pauci ex eis q̄ monachū exuerūt bona morte decesserūt. Quin potius sine penitētie signis, sine sacramentis ecclesiasticis ex hac vita subitane vocati, manifestū sue infelicitatis dedere iudiciū. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Letabimur ne in p̄ditione morientū? Absit. Dñs est q̄ peccatores ut cōuertātur diu hic tolerat: ip̄e est q̄ nō cōuersos durius damnat. Nos autē cū p̄pheta sententiā eius metuem⁹ dicētes Justus es dñe: et rectū iudiciū tuū. Justus autē quacūq; morte p̄occupatus fuerit: in refrigerio erit. De impijs autē p̄pheta dicit. Mors peccatoꝝ pessima. Nos autē prauoꝝ interitū ad mentē idcirco reducim⁹: vt vel timore ceteros ab incepto malo reuocem⁹. Sed quē admodū verba n̄ra suscipient: q̄ superos inferosq; derident: nisi verbis adijciant opa: nihil ap̄d maliuolas mētes p̄ficiūt hortamēta. Adhuc populus dureceruicis i deserto murmurat: adhuc gens impia legislatorē suū blasphemat: ad

Mors mala
impiorū
23. 30.

bona infloꝝ

18
huc improba natio in egiptū redire deliberat. Timēt ne
moriantur in solitudine: q̄ hoc solū timere debuerāt: ne
extra solitudinē morerent. O dura mens hoīm: o libera
tas p̄niciosa monachorū: quousq̄ seuit crudelitas tua.
que nec illis parcere nouit. quos auctores habet et amī
cos. Qui sibi nequā est: cui bonus erit. O monachorū
inauditū zelus: o crimen immane: deū irridere. p̄missum
illi negare. fidē frāgere. debitā seruitutē subtrahere. Quid
hac impietate crudelius: q̄d sacrilegio sceleratius. O mo
nache puerse. o apostata inique. o periure sceleratissime.
quousq̄ dei benignitatē oppugnās: q̄s diu om̄ipotentis
pietate derides. **Monachus es: monachus quoq̄ iudicaberis:**
etiā si pellem cū habitu deposueris. Cur ab or
dine sancto discedis. Cur deo mentiris. Crede mihi:
nō dabit om̄ipotens honorē suū alteri: nō remittet tibi
in eternū: q̄d solēniter semel accepit oblatū. Anteq̄ deo
p̄mitteres liber eras: et tui arbitrij: postq̄ autē p̄misisti.
dei esse cepisti: iam tibi nō licet dimittere q̄d iuris dei est.
Uox tua ligauit te deo: aut monachus saluaberis: aut
aliter nō saluaberis. Ecce ante oculos tuos est via vite.
et via mortis: elige quā uolueris. Si seruas deo fidem:
si p̄missum imples premiū habebis: si negas. penā p̄ cō
temptu recipies. Hinc paulus te admonēs dicit. Fratres
nolite errare deus nō irridetur. Quēcūq̄ em̄ seminauerit
hō: hec et metet. Quid te accepturū p̄sumis: q̄ seminas
in carne. Aut em̄. Qui semināt de carne: de carne et me
tent. Fructus autē carnis: partē nō habet in hereditate
sanctorū. Quid ergo teipm̄ decipis: q̄d frustra in vanita
te cōfidis. Cur terminos antiquos quos posuerūt p̄res
sancti trāsgrederis. Uotū q̄d deo solēniter fecisti. negas:
et portionē cū electis dei uelut iustus expectas. Non est
pars impio cū filijs dei. Ecce hereditatē dñi dissipas:
extraneos de bonis sancti p̄ris benedicti ditas: p̄missū
negas: et ut licenter delinquas falsa p̄ueris ingeminas.
**Si bonus es monachus: noli p̄positū tuū deserere: noli
mōasterij secreta declinare. Si autē malus es monachus:**

1. 2
3. 4.

Gal. 6.

1. 2
Gal. 8.
1. 2
Hum. 5.

nunq̄ bonus canonicus eris. Qui autē bonus non est: malus est: q̄ autē malus est: nō est ut esse debet: et ideo iniustus est. Iniusti autē partē non habent in regno dei. Et parū refert vbi sis: dum vbiq̄ malus vbiq̄ iniustus vbiq̄ infelix torquearis. Nisi forte duplici velis damnationi esse obnoxius: ut dū es monachus malus. et canonicus iniquus. vtrobiq̄ reus vtrobiq̄ mendax: mercedē vtriusq̄ exoptules. Nec mihi dispensationē romani pōtificis obijcias: quā nisi deus approbet: te minime excusabit. Non omnia deo placent: que p̄ summū pontificē in terra gerūtur. Jam si exclamās mihi succenseas: quā si facta vicarij christi diiudicē: respondeo. Summū pontificem vt vicariū christi verū amplector: colo et veneror. cuius facta nequaquā rephendo: sed hominē esse scio: qui ut homo et falli potest et fallere. Nec mirum: In tanta quippe sollicitudine omnium ecclesiarū. in tanta occupatione negotiorū: dū p̄ veris falsa narrantur. mens in multis distracta facile decipit. Tu autē sancti ordinis apostata: qui de bulla dispensationis securū te extimas. vide ne post mortē (vt vulgo dicitur) illitterato demoni occurras: qui lras nesciat: qui appellationi nō deferat. q̄ allegaciones immunitatis tue cōtemnat. Crede mihi nō est astucia que possit fallere deū. O miser o infelix o insensate apostata: qd̄ sancto benedicto respondebis de p̄fessione quā spernis. qd̄ omnipotenti deo de voto qd̄ contemnis? Quē in illo tremēdo iudicio. cause tue p̄curatorē poteris cōstituere. vbi nihil poterit latere? Omnia ibi nuda omnia erūt apta: vbi locus penitētie salutaris iā non relinquit. vbi excusandi spaciū omnibz negat. Quid p̄derit ibi hic temere p̄sumpta dispensatio. quā nec pbare licebit testimonio. nec iure defendere. Tūc videbis o monache puer se. tūc intelliges qd̄ roboris in se cōtineat fraudulēter impetrata licētia. cū vindictā eterni iudicis senseris in pena. Quid mihi dispēfationē allegas. qd̄ licentiā peccādi p̄dicas? Putasne summi pōtificis auctoritate irā dei te posse effugere? Audeo dicere. nihil tibi proderit dispensatio

oblationi occur-
ric. 22.
2

28.
33.
40.

70. 22

1
2
3
In iudicio
ex primo
ota. aperta

7

70.
pape: si fraude: si dolo: si mendacio: si iniuste fuerit impe-
trata. Non est bonū: nō est iustū. qđ malis artibus acqui-
ritur. Ad dispensationē vt iusta sit quattuor requirūtur:
sine quibz dispensatio te minime saluabit. Que sunt illa?
Necessitas videlicet. cōgruitas. vtilitas ⁊ hōnestas. Sed
tu monache periure. qui sola voluntate duceris. qui deū
et ordinē cōtemnis. necessitatē fingis. cōgruentiā falsam
ostendis. vtilitatē mentiris. honestatē fraude componis.
Sit necessitas euidentis et manifesta. cōgruentia vera. vti-
litas nō priuata sed publica. honestas nō ficta sed ppria.
alioquin dispensatio erit iniusta. Nihil quo summo pon-
tifici in hac dispensatione succenseam. pfero: nihil. in fan-
ctis illius rephendo: quē falsis narracōibus monacho-
rū circūuentū nō ignoro. Vos estis rei vos dolosi vos ini-
quitate notandi o pueri monachi. apostate scelerati. qui
mendacio dolo et fraude petitis: qđ iustis obtinere p̄cia-
bus desperatis. Que vos necessitas vrget ordinē deserere:
et in secularis vite statū trāsire? Que cōgruentia suan-
det id infringere: qđ semel deo p̄missum nulli licet reuocare:
Que vtilitas habitū monachicū deponere: ordinē
deserere: p̄positū negare. cenobiū trāsferre. vōtū corā om̄i-
bus sanctis deo factum nō solū frangere: sed et penitus
abijcere? Aut que honestas est monachū deo dicatū ad
seculū redire. fidē frangere. piuriū cōmittere. sacrilegiū p̄-
petrare? O p̄uaticatores et impij: quomō tā nefandam
p̄sumptionē vnq̄ poteritis excusare? Nullū ex his quatuor
trāslationi vr̄e consonat: nullū ex eis dispensationē
vestrā cōfirmat. Que em̄ necessitas ad hāc temeritatem
vos potuit impellere: quā corā vicario christi potuistis
causam huius dimēbrationis allegare? Paupertatē et
ruinā cenobioꝝ? Sed hanc potuissetis cito instaurare:
si secundū regulā sancti benedicti viueretis. Vos em̄ ini-
quis moribus pauperes facti estis: cōuersatione sancta
rursus ditaremini. Videte in circuitu vestro monasteria
ad obseruantia regularē reducta: quomō post extremā
paupertatē: dño largiente ad diuicias pristinas denuo

frang

Dispensatio bone
fidelio nro. 4

obstantio

frangit

monachy.
s. fel. 30.

Matth 5

obvatio

proficiunt. Et quidē satis iuste. Promisit em̄ nobis in euā
 gelio dñs. Primū inquit querite regnū dei et iusticiam
 eius: et hec om̄ia adijcient vobis. Vos autē dei amorē
 postponitis: cultū eius negligitis: ludis. cōmessacōnibz
 ebrietatibus. et ingluuiei vacatis: et opus dñi nō respici
 tis: nihil de observātia regulari curatis: idcirco negle
 ctis sp̄ialibus. iusto dei iudicio etiā tēporalia vobis defe
 cerūt. Falsa est ergo necessitas quā fingitis: et insufficiēs
 dispensatio. quā allegatis. Sed forte dicitis. Nos filij rui
 sticoꝝ nō sumus sed nobiliū: nobiles. delicati et infirmi:
 observātia sutoꝝ. agricolaoꝝ. opilionūq; seruare nō possu
 mus: ieiunia. abstinentia. vigilie. discipline. ac cetera que
 habēt exercicia nobis importabilia sunt. que imitari nec
 possumus nec debem⁹. Quid ergo? Nūquid monachus
 nō es: qz nobilis. qz delicatus. qz tener. qz debilis? Non
 est quo te possis cōtra sanctū benedictū defendere: q̄ om̄i
 statui. om̄i gradui. om̄i etati in regula copiose puidit. qui
 delicatis et infirmis maxima discrecōne succurrit. Vos ne
 soli estis ex nobilibus teneris et delicatis ordinē professi
 tus benedictus ex pauperibus vos divites fecit: iam a vo-
 bis elemosinam petit. et (proh pudor) non accipit. Ecce quibus
 multi reperiuntur e nobis (quod venia dixerim) qui substā-
 tiam levibus partiuntur personis: auri bus. canibusque consu-
 via parant: parentes et cognatos suos de bonis mona-
 sterij ditant: reliqua in vanis voluptuosisque commessa
 nonibus dilapidant. Pauci sunt qui desolationem ordi-
 nis nostri doleant: pauciores de remedio cogitant: pau-
 cissimi auxilia subministrant. Siccine ordo sacer benedicti

Horatius

dissimulatio

*monasterium abbas
fz.*

l. argom. a minor

ratio mibz

D q

Exemplo alio-
in heretice

S. Bernardi
ordinis sig-
nificat. 44.
2.
3.

Zelus
et constantia
Orni

Prudentia
Tuhly.

Commodus
et modus
Zundw.

Principijs obsta-
bony. 70

obusio.

quondam inter omnes excellentissimus: ab hostium incur-
sione defenditur? **Vigilate** patres quando **vigilantia** pro-
dest: ne vos sero dormitasse peniteat. **Intueamini** ordi-
num aliorum professores, quam solliciti, quam zelose, quam constanti iu-
ra, privilegia, cenobia religionis sue defendat: non parcen-
tes expensis: neque laboribus, neque contributionibus: ut
ordines suos in vigore conservent. **Numquid** illis inferio-
res estis? **Numquid** mendicantibus pauperiores? **Si** nu-
merum cenobiorum ordinis considerare libeat, plures sumus:
si substantiam rerum temporalium ditiores: si vim et auctori-
tatem indubie prestantiores. **Quid** nobis deficit: (propter zelum
et constantiam) quod illis assit? **Cur** ergo **hesitamus**? **Cur**
inerti ocio languescimus? **Quare** pro defensione ordinis
nostri non **vigilamus**? **Nescitis** (o patres) quoniam **vigilanti-**
bus iura subveniunt? **Non** est bona patientia, qua dei ho-
nor negligitur: cultus illi debitus minuitur: integritas
ordinis sancti violatur. **Quid** dicam? **Doletis** iam **translata**
cenobia: et tamen non assumitis servare transferenda. **An-**
teponitis privata communibus: idcirco zelus vester parum
fructificat. **Unusquisque** nostrum ut video se tutum existimat si
ardente domus proximi, suus non illico paries incalescat.
Sed o fatuitas: sed o merito vituperanda stulticia. **Qui**
tot inuolutus periculis de securitate sua modo erigitur:
post paululum lapsus, se plangere cogit. **Nos** ergo patres,
si domus nostras ab incendio illesas servare cupimus: igni
cum aqua dum longe distat occurramus. **Nam** si flamma usque
ad vicina transire permittit: de remedio nimis tarde cogita-
tur. **Hinc** poeta dicit. **Principijs** obsta, sero medicina pa-
ratur: dum mala per longas convalere moras. **Pericula**
dissimulata ex tempore roborantur: et quod in principio cura fa-
cilem recipit: paulatim incurabile efficit vulnus. **Simul**
attendite, ne modo neglectus error in immensum successu
temporis crescat: quando nullus inveniatur, qui se pro ordine con-
stanter opponat. **Quod** si dixeritis **dimebrationis** auctori-
bus **literni** semper fuisse oppositam, eosque nihilominus **pua-**
luisse: illud virgilianum respondeo: quoniam **tarde** venire:

folio 11)

bubulci. Post firmiter lra: lata nō facile reuocatur
sententia. Nam si pilatus qđ semel scripsit immutare, nō
voluit: quomodo summus pōtifer vicarius christi semel
decretū reuocabit? Facilius impeditur sententia: qđ reuo
cetur. Jus autē suū qui negligit: aduersario cōcedit. Un
gilandū est omnibus in causa que omnes tangit: qz qđ ab
vno eripitur: omnibus ablatū indicat. Quotienscūq; mo
nasteriū ab ordine nro rapitur: hereditas nra cōmunis
in parte dissipatur. Si qđ domū vel agrū tuū occupare
tentauerit: corā iudice mox illū accusas: inhibitionē mox
postulas: et donec vincas aduersarium a lite non cessas.
Cur ergo nos omnes nō facimus in causis ordinis publi
cis: qđ quilibet facit in priuatis? Nūquid impossibile erit
multis: qđ facit vnus? Nisi forsitan, vbi multitudo ibi sit
et cōfusio: vt qđ diuersis cōmittit: negligentius cōseruet.
Libenter em̄ amplectimur: qđ sibi proximus esse quilibet
iubetur. Sed dū cōtracto vndiq; corpe quasi ericinus
in nobis nra reuoluentes curā ordinis abijcimus: capri
tandē venatorū insidijs de remedio fuge sero cogitamus.
Nos iam igit patres reuerendi ea qua decet beniuolen
tia monco: qua possum attētionē requiro: ordini vestro
prope labenti succurrite: et his dimēbrationibus quāto
cius obuiate. Nolite pecuniā necessitatibus tātis p̄pone
re: nolite denarios plus qđ ordinē amare. Turpis est di
uiciarū custodia: qua nō iunatur in necessitate respubli
ca. Quid p̄derit vobis auri insatiabilis cupido: si ordi
nis vestri tam sancti: tam venerandi: tam glorioſi p̄ua
leat desolatio? Si antecessores nostri nō maiori cura qđ
nos vigilassent p̄ ordine: dudū in multis cenobijs nomē
religionis nostre defecisset. Imitemur ergo eorū constan
tiam: quorū suscepimus hereditatem. Si deū diligimus
si honorem ordinis amamus: si cōseruare illum cupi
mus: de remedio in tempore cogitemus. Conferamus ad
cōseruationem ordinis pauca: ut mereamur multa reci
pere: expendamus partem: ut possimus totū cōseruan
re: offeramus vilia ut p̄ciosa valeam⁹ acquirere: dēmus

D iij

70.

Joan. 19.

Bona ordinis
dominica

auaritia

Exemplum p̄p̄tiorum
in talibus vicijs

cōsuetudo

39.

1

2

3. 4

5. terrena: ut celestia queamus possidere. Impedamus pe-
 cuniā: impendamus et orationem: quoniam illa homo
 hac deus placatur. Quicquid habemus ad ius sancti pa-
 tris nostri benedicti pertinet: cui pro conseruatione ordinis
 diuini aliquid impendimus: non nostra damus, sed sua illi
 reddimus. Eni uero non solum pro animabus nobis commissis
 illi sumus obnoxij: sed etiam pro substantia monasterij ad ra-
 tionem obligati. Nunquam autem incioz de censu ratio reddit:
 quam si pecunia in causis domini oportune exponatur. Si autem
 pecunijs in necessitate domini paratur: de infidelitate famu-
 li suspicio generatur. In exordio huius capituli titulum de
 modo resistendi dimembrationibus prauorum prescripsimus:
 que ne intactum preterisse videamur breuiter explicemus. Et
 quamuis ad me non pertineat ista tractatio: tamen cum sim
 eiusdem ordinis vestri alumnus et amator capituli: non erit
 (ut reor) uobis onerosa auisatio discipuli. Vestrum est o-
 patres uerum a falso discernere: mihi sufficiat quod sentio ex-
 planasse. Modus autem obuiandi his monachorum presump-
 tionibus facile discitur: si ab exemplo in praxim conuer-
 tatur. Videte ordines ceteros: et ex eorum diligentia quid
 uobis faciendum sit agnosceris. De suis procuratores in ur-
 be romana constituunt: qui malorum principijs uiriliter ob-
 sistunt: et nihil contra ordinem suum conualescere permittunt.
 Et vos patres nisi simile feceritis: grauiora damna in po-
 sterum sentietis. Si ergo fieri potest: si placet, eligatur ali-
 quis ex ordine, uir zelosus, deuotus, doctus et expertus: qui
 non minus fauore quam zelo pugnet: qui publicis commodis sua
 non preferat: qui labores non fugiat: qui contra commisionem sibi
 faciendam nihil sua temeritate attemptet: qui procurator ordi-
 nis constitutus in urbe pro eodem semper sollicite inuigilet.
 Credo si talis haberetur: multa pericula ordinis preueni-
 ret. Maxima enim prudentia est: si procurator in urbe falsa
 et ficta denunciare coram papa potuerit: que pueri monas-
 chi pro dimembratione sua ut uera mentiuntur. Et hoc non
 magne difficultatis opus est. Omnes enim cause quas alle-
 gant: formidine et mendacio plene sunt. Vicarius autem

Egmont

= l. 10.

Explicatio

christi (qui magis importunitate q̄ favore translacone
monachoz cōcedit) cū allegacones eoz diligentia pecu
ratoris nr̄i repulsas p̄spererit : gaudebit se occasione in
uenisse negandi : qđ inuitus cōcedit. Nam et ip̄e iudiciū
dñi sui p̄tinescat. Si ergo vigilaremus : defensozem ordi
nis nostri illum haberemus et aduocatum. Sola negli
gentia nostra arguitur : sola parcitas damnatur.

*Mo. p̄ligentia
debetitia*

**Cōtra eos qui bona monaste
rioz inutiliter cōsumūt. et ordini vel
in modico subuenire cōtemnūt.** **Cap. vi.**

Ed libet iam impetū. verbox in eos vertere :
q̄ ordini sancto. in tātis necessitatibus nec in
modico dignatur subuenire. Isti sūt abbates
mūdani : inuites : voluptatibz dediti : q̄ (vt ver

38.

*Impetū abbatū
obstantia*

Baptista

31. 38.
15.
bis baptiste carmelite mantuani. vtar). Neglecto superū
cultu : spretoq; tonātis imperio : baccho indulgent. vene
riq; ministrant. Sacra ferūt auro : numis altaria con
dunt : auro vina libant. auro laquearia fulgent. Scorta
tegūt gemmis : canibus cōiuiua ponunt : eximjs inopū
culti : ditescq; rapinis : successu elati. superos : acherontaq;
rident. Nullā eis de animarū salute cura est : amor dei
nullus : nulla reuerentia sanctorū : exercitatio nulla virtu
tum. Hi sunt abbates caplo v̄ro rebelles : q̄ statuta nei
gligūt. sanctiones spernūt : regulā cōtemnūt. Ex abiectis
magnificati sunt : sed honorantē se ordinem impie con
temperūt. Sanctus benedictus te o abba ingrati sub
limauit : diuitem te fecit : monachū suscepit : fratrū suoz
pastorem constituit. Quare ergo nō recognoscis munu
ficentiam legislatoris tui ? Quare vicem nō rependis be
nificijs eius ? Quid habes quod de regula eius nō acce
pisti ? Quis tibi cōmissum dotauit cenobiū ? Nōne de
uotto principū : et elemosyne fidelīū populoz ? Cur ergo
beneficijs tantis ingratus es ? Ecce nihil minus q̄ obser

folio 5.

elemosyna

nantia regularē cogitas: disciplinā respuis: deū spernis
 1. eius p̄cepta contemnis: et de securitate p̄sumis. Ecce in
 2. quibus celi contra regulā ludis: ecce in cambus immūn
 3. dicte cōtra legem clericorū venaris: ecce in voluptatibus
 4. carnis cōtra honestatē delectaris: ecce qđ turpissimū est
 5. contempto castitatis iuramento: cū meretricibus et leno
 nibus substantiā sancti benedicti cōsumis. Triginta vel
 quadraginta nūmos auri: in balneo nō times exponere:
 sancto benedicto vel vnū rēnuis offerre. Ventior si non
 noui abbates qui plus qđ quinquaginta florenos in ter
 mis cōsumpserūt: e quibus nōnulli primi sunt qui subfi
 dijs capituli resistūt. Alij etiā ex his qui obseruantiales
 dia volūt: secreti et quietis impatientes. diu in cenobio
 nō valentes cōsistere: omnē estimāt occasionē idoneam:
 qua possunt cū magnis expensis hincinde transmigrare.
 Quid dicam de structuris et curiosis et superfluis: que
 nō minus rephensionī qđ expensis obnoxie sunt. Pictu
 ris ornatur parietes: auro pinnacula fulgent: monimēn
 tis fenestre notantur: clamāt ad ianuam paupes: ordo
 sacer angustiatu petir auxiliū: et nullus dignatur subs
 uepire. O abba minister voluptatis: cultor vanitatis:
 pietatis inimice: qui substantiā monasterij turpiter effun
 dis: qui auro vina libas: qui ordini tuo subsidiū negas:
 quēadmodū sancto benedicto rationem villicationis tue
 redditurus es. Si diues epulo in inferno sepultus est:
 qui lazaro de suo p̄pter deum auxiliū non contulit: quo
 sepelietur abbas qui aliena suo domino negauit: Si sem
 per ardebit qui de suo non facit elemosynam: quid me
 retur abbas qui fecerit rapinam: Quid habes o abba
 qđ non accepisti? Omnia em̄ que possides: ad ius san
 cti benedicti pertinent. Dōrale autem est omnibus: vt
 qui viuit iusticie subsidio: nulli quod iustum est audeat
 denegare. Diffinitio iusticie est: reddere vniciqđ quod
 sibi iure debetur. Nos autem in cenobio constituti nihil
 habemus p̄riū: sed sub bona fide possidemus alienū.
 Alienū autē restitucōni censet obnoxū. Qia em̄ que ad

Adificia

hinc 10.

Iusti fuz d. fuz
ho.



74
monachorum sustentationem principes ac fideles populi cen-
nobis contulerunt: sancto benedicto tradidisse memoratur
Si ergo substantiam eius dissipaueris: si quod suum est illi red-
dere contempseris: duplici damnationi subiacebis: qui pe-
qui de infidelitate sacrilegus. de negata fide iudicaberis
criminofus. Redde igitur unicuique quod suum est: et tibi ne
usurpaueris quod tuum non est. Da legislatori tuo quod iure po-
stulat: da ordini eius auxilium quo subsistat. Quare non
impendis religioni tue debita subsidia? Quare non red-
dis illi partem: quam tibi contulit totum? Cur illi negas modicum
a quo multum recepisti? Numquid cenobium tuum paupertatem al-
legare poteris: quam tam multa turpiter consumis? Pydet me
dicere, quod facere abbates multi non verentur: quam voluptan-
tibus carnis non tam submersi quam furiosi: nihil honestatis
monastice custodiunt: nihil turpitudinis mundane obmittunt.
Omnia sibi licere existimant: qui non quod deceat, sed quod
libeat explorant. Ecce ille monasticam abhorrens quietem:
vagis discursibus in mundo querit solacium: iste secreti ren-
gularis impatientes, pomposus procedit in publicum: alter dis-
ciplinam honestatis vituperans, tota die leuibus personis
conuiuia ebriosis assidet: hic mansuetudinem sanctorum con-
temnens: se litigantium causis immiscet: ad tabulam ludens
alius residet: alius ad tympanum stolidus saltat. Quid non
presumunt abbates ambiciosi? Quid voluptatis transeunt:
intemptatum? Cenant famulorum curuatur genua: transeunt
ecclesiarum sternuntur tapecea: progredientem in publicum ser-
uorum ingens sequitur copia. Inuenies (non mentior) ab-
batem inter eos etiam quam reformationis nomine gloriatur. cuius tanta sit ambitio ut episcopo non velit dici inferior: qui ad
mensam cum tanto apparatu residet: ut cuiuslibet principis co-
pia vasorum, cibi potusque varietas, ac ministrantium multitu-
do possit sufficere. Denique si precedenti per ciuitatem huic den-
deris obuiam: tanta famulorum multitudinem vallatum cer-
neres: ut non abbatem sed archiepiscopum transire putares. Si
paupes se non fingerent sed essent: in tanta solennitate vani-
tatis minime effluerent. Certus enim sum quod predam sen-

*Duplex danna-
tio.*

*Obuentioni
ocurrere.*

29.

*Solacium
mundaui.*

Supbia

*Conuiuia
ebriosis*

*litigantium
causis*

Mansuetudo

ambitio

*Monsuetudo
29*

46.
ilico resignas? Scriptura diuina precipiens dicit. Si
videris nudū operi eū: et carnē tuā ne despexeris. Ecce
nudus ordo tuus. ecce lacera clamat religio tua: elemo-
synā petit. suū reperit: auxiliū querit. Si vlla in te sūt vī-
cera pietatis: si vlla p̄cordia dulcedis: si vlla tui ordinis
dilectio: si amor dei vllus: carnē tuā ne despicias: tantā
necessitudinē publicā ne cōtemnas. Honora eum qui te
prius honorauit: da illi elemosynā qui te sublimauit: lar-
gire modicū illi qui te in multas diuīte fecit. Quantūcūq;
illi dederis nō minuitur tibi quicq;: si bonā tantūmodo
adhibeas voluntatē. Modicū dabis et multū recipies:
terrena largiter tribues. et celestia sperabis. Recte lateat
quoniā (vt vulgo dicitur) quicq; honori subtrahitur:
turpidinī reservatur. Dicit enim sententiator iuris. Hoc
collit fiscus: qđ non accepit christus. Nō caret reatu cri-
minis: qui auariciā p̄ponit ordini pietatis. Sed quid
frustra nitimur? Non habet locum in cordibus prauis
sermo pietatis. Qui verba dei despiciūt: quid mirum si
nostra cōtemnūt? Multa licet eloquar: multa dicā: egre-
gia suadeam: verbis ad cōtribuendum ordini rebelles
nunq; inclinauero. Eniūero nisi auctoritas vestra o dñi
p̄sidentes interueniat: monentis sermo inuanū laborat.
Ad officium igitur vestrū p̄tinet rebelles flectere: vobis
cōmittitur inobediētes humiliare: nostrū est v̄ris sanxio-
nibus humiliter obtemperare. Si ergo cupitis ordinē
nostrū a prauorum incursu defendere: curate in primis
abbates rebelles ad obedientiā reuocare: quia nisi ordi-
nis instaretur vnanimitas: facile p̄ualebit aduersario-
rum impietas. Aut nāq; in euāgelio dñs. Omne regnū
in seip̄o diuisum desolabitur: et domus supra domū ca-
det. Sola diuisio: confundit ordinem.

Quēadmodū sint cogendi ad
subueniendū ordini abbates
inobedientes et rebelles.

Cap. vii.

Esa. 48.

auaritia

Abbas qui non
rapit aut quod
quod non subtrahit
erat

Officium p̄sidentis
24. 47

Discordia

48.
auctoritas capituli despicitur: hereditas ordinis vndique
vastatur. In vos hec ferenda sunt o patres: qui rebelles
in principio domare negligitis. Considerate quod paritura
sit tandem ista dissimulatio: et si ordinem vestrum diligitis de re
medio quatenus cogitate. Debile corpus est et dissolu-
tioni proximum: quod solacio membrorum suorum destituitur.
Ecce de centum vigintiseptem abbatibus quos paucos cernitis
in presenti capitulo qui omnes interesse debuerant ex statu-
to. Ubi sunt reliqui? Ubi omnium procuratores absentium?
Pauci ad necessitatem ordinis contulerunt: statuta ordi-
nis seruant pauiores: ad capitulum paucissimi conueniunt.
Ubi sunt sine excusatorie illorum qui procuratores non misen-
runt? Ubi expense duplices rebellium? Quis absentium et re-
bellium penam duplicem in multis annis unquam compulsus est sol-
uere? Quid profunt nobis statuta: quod iura: quod priuile-
gia summorum pontificum iuuant: si in tempore necessitatis non
practicantur? Ecce benedictus papa duodecimus nobis
opportune in omnibus prouidit: dum aduersum contumaces
et rebelles censurarum frena imponenda promulgauit. Quid
ergo moramur? Quare contra inobedientes concessa no-
bis remedia non practicamus? Vere patres non est lau-
dabilis ista quam facimus dissimulatio nostra. Paucorum
enim dissimulata rebellio: multis reluctandi erit occasio.
Si autem per disciplinam paucitas ad obedientiam compellit
audacia multitudinis timore cohercetur. Dime regnum in
seipso diuisum desolabitur: et omnis religio a seipso disen-
tens paulatim dissipatur. Non est venusta species ordi-
nis: ubi tumultuat confusio unitatis. Prima enim in omni
republica desolationis via est: inobedientia subditorum. Si
ergo (patres venerandi) capitulum provinciale continuare cupi-
tis: si dimembrationibus monachorum obuiare vultis: si
denique ordinem vestrum ab inimicorum manibus defendere
optatis: curate in primis ad obedientiam renocare contu-
maces: ne quod foris per industriam acquiritis: intus per diuisi-
onem subditorum amittatis. Quod quidem in primis suauissim-
is exhortationibus temptandum est: quas si obdurata

Benedictus
74a 12
51.

47

lure 11.
disordia

Inobedientia
mald.

47

E

4y
2
3
Varou. 13
18.
4

cerulce cōtempserint: dūrioribus sunt increpacōnibus feriendi. Si vero nec blanda curauerint nec aspera: iam contra eos censura pmulgatur ecclesiastica. Stulti enim cohōrtacōnibus nō emendantur: sed elati fiunt. In his tamen modus habendus est et necessaria discretio: sine quibus nulla vnq̄s mītgatur rebellio. Satius est em̄ oues habere debiles q̄ nullas. Sed q̄s tam idoneus: vt discretionē vbiq̄s custodiat: Difficile est modū omnibus adhibere factis. Oportet autē eū qui aīas infirmas curare vult: et seuerū esse et piū: et velut ex vtroq̄s quodā medio temperatū: vt nec seueritas sit nimia: nec pietas remissa. Nam alterū frangit: alterū resoluit. Modus autem cohercendi rebelles et cōtumaces ille pulcherrimus est: quē longa experientia senioꝝ cōmendat.

De celebrando capitulo puin-
ciali. **Cap. viii.**

Onuenientibus nobis in vnū (prestantissimi patres) q̄d celebratio capitulo puin-
cialis requirat sollerter indagemus. Maxima em̄ vis stabilitatis nre in ip̄o ponitur: si rite celebretur. Nā vn̄ cum ordinis nri fortalicū est: sine quo tota cōfunderet religio nostra: sicut apparet in eis q̄ in multis annis nulla celebrauerūt capitula. Capitulū em̄ est cōseruatio ordinis: incrementū discipline regularis: adūnatio vnitatis. In eo nāq̄ moribz datur integritas: mentibus augetur puritas: vitē regularis instauratur equalitas. Sed ad illud q̄d requiritur: vt rite celebretur? Audi quid celebratio eius syncera expostulet? Requirit ergo zelum: requirit scientiā: requirit pietatē. Sine his tribus: nihil valet celebratio capitulo. Nā si desit zelus: q̄s corripit delinquentes? Si desit scientia: quē fructū euaselia pariet nimia. Rursum si desit pietas: nec zelus amorē recipit: nec scientia disciplinā. Ad omnia em̄ pietas valet. Zelus acuit. scientia dirigit: fructū pietatis p̄ducit. Sine zelo scientia

Zelus
Scientia
Pietas

explicabo. Causa ergo puincialis capituli: conseruatio
 est regularis instituti. Cidentes em̄ romani pontifices et 47. 48.
 generaliu consilioꝝ p̄sidentes: ordinem nostru sine reme-
 dio speciali in obseruantia nō diu posse subsistere: p̄ capi-
 tulu puinciale statuerūt illi succurrere: in quo p̄ solercia
 p̄sidentiu om̄es ad regulā instituerentur viuere: et nullus
 posset ab incepta reformacōne deuiare. In caplo enim
 abbātū sunt emendanda vicia: virtutū facienda hortas
 menta: vt finali inueniāt vnde timeāt: bōni audiant vnde
 meliores fiant. Idcirco legūtur ad edificationē varia: vt
 bonis mentibus semp assint incrementa. Ibi abbas de
 regimine suo instruit: ibi de periculo cure pastoralis au-
 satur: ibi qd faciat p̄cipitur: qd vitet amore dei p̄hibet.
 Deniq; sic nobis cōuenientibus ad capitulu: multa pue-
 niunt vtilia: que si animaz salutē queramus valde sunt
 necessaria. Nam vt cetera p̄teream: mutua in charitate
 noticia ibidem cōcipitur: que quantū ad amorē regula-
 ris obseruantie conducatur experientia demonstratur. Ibi
 ex noticia charitas fraterna et cōseruatur et auget: que
 alioquin cito tepesceret: si fomentū agnicōnis mutue nō
 haberet. Sic ad vniūformitatē facilis patet accessus: vbi
 moribus honestis: ex collatione patrū mutua paratur
 incendiū: ex cōuictu sanctitatis prebentur exemplū. Hec
 sunt castra dei o patres ordinis n̄ri pugnacula: qui
 bus omnia aduersarioꝝ n̄roꝝ ad nihilū redigant inge-
 nia. Sed nō omniū vna sinceritas: nec morū in vobis
 apparet equalitas. Unde potuit in vno ordine tanta o-
 riri morū disparitas: vbi capitularis aspicitur vnitas:
 Quis diuisit inter vos et regulā sancti benedicti: o pa-
 tres cōcreto crine comati: Cur ad vniūformitatē nō aspi-
 citis: qui vnitatis conuentū celebratis: Si ordinē sancti
 cū quē p̄fitemini diligitis: cur vniūformitatē in illo non
 amatis: Quid vobis crinū capitis vmbra: Quem fere
 putatis ornatū cirrosi verticis culmen: Credite mihi pa-
 tres: dedecus nō honoz censetur monacho crinibus o-
 ducta facies. Q̄ pulchra foret ista cōuentio: si in vna

vna abbatū
 31.
 1.
 2.3
 1.2
 2.3

vna 4
 1.
 2.
 3

propositio

Abusus

desura

Colloquij

Collationes

regularis obseruantie disciplinā vt debuerat conueniret.
Quid dicā? Laudo conuentū: sed deformitatē in suis
rephendo. Nam ppter cōfusionē ordinis: p̄sentia vilescit
vnitatis. Exterior habitus indicat: q̄ vitā multoz, inter-
rior amictus rephendat. Vere patres offendit nō medio-
criter puincia capitulū morū habituumq; ista disparta-
tas: qd̄ ob eam causam noscitur institutū: vt pre om̄ibz
vite seruaretur equalitas. Exterior em̄ discordia: interio-
ris discordie indicū est. Ut ergo in obseruantia regulan-
ris discipline simus vnanimis: studeamus habitu et ton-
sura in primis esse conformes.

Quā necessaria foret diligens

reformatio monasterioz
in nostra puincia.

Cap. ix.

Clam necessaria sit diligens reformatio mon-
asterioz in nostra puincia vosip̄i o patres
cognoscitis: qui statū monachozū hui⁹ tem-
poris nō ignoratis. Notū vobis noui: quan-
tis laboribus: expensis et sudoribus patres ordinē nr̄m
olim reformarint: de quibus monimenta et pauca et den-
bilia nostra etate inuenimus. Inter om̄es autē reforma-
cōnes ordinis nostri in nr̄a puincia tres pre ceteris no-
uissime claruerūt: videlicet castellensis a castello. mellicen-
sis a mellico: bur̄feldensis a bur̄feldia sortita nomen: 3.
que omnes sicut in principio feruebāt: ita paulatim re-
pescentes finī appropinquāt. Nam prime due quasi cō-
fecte sento in paruū numerū contracte sunt: vltima vero
que et posterior est: qz adhuc iunior: etiā videtur esse cō-
stantior. Que et ipsa nihilominus iam in quibusdā mē-
bris suis videtur repescere: et ad laxitatē vite prioris rur-
sum declinare. Sic olim reformatio cluniacensis toto no-
ta in orbe: dum in longū latūq; se transtulit: quasi viri-
bus ex dilatacōne amissis paulatim defecit. Prouerbio
nāq; dicitur. Omne qd̄ veterascat: prope interitū est. Re-
formatio em̄ quātumcūq; celebris vel sancta fuerit: nisi
E iij

Habitus

Reformatio
nos fr̄s F.

lang h̄ h̄ 2 =
Reformatio

proverb.

p' sollercliam platoꝝ sepe renouetur: paulatim euanesce:
 Quāto em̄ crescit ex̄tpe: tāto minuitur in feruore. Decen-
 dentibus nāq; his q̄ ordinis zelum in ope demōstrarūt:
 abbates noui post eos surrexerūt: q̄ reformatōis sanctū
 feruorem negligentes: in pristinas deformitates relapsi
 sunt. Et ut viciniora tangamus: vbi est illa reformatio:
 quā nicolaus chusensis cardinalis atq; legatus incredi-
 bili zelo inchoauit? Ubi sunt illa iuramēta terribilia om-
 niū abbatū nre puincie: quibz se ad obseruantā regula-
 rem in manus eiusdē cardinalis: ante arā sancti stepha-
 ni herbipolis obligarūt? Ubi est pmissa obseruātia re-
 gularis? Ecce patres centum vigintiseptē abbasias sub
 vfo habetis capitulo: de quibz ex tribus tā dicitis obser-
 uantijs. vix septuaginta sub reformatōne permanserunt.
 Sūt tamen nō dubito qui se putāt optime reformatos:
 sed cōuersatio negat. Utinā attenderent abbates cōmū-
 nationē sancti legislatoris nri sepius iteratam: qua regia-
 men animarū exactissime rationi dicit obnoxiiū. Utinā
 creditas sibi oues ad pascua vite celestis cōpellerent: ne
 ipi cū ouibus in eternū perirent. Videte cōuersationē tā
 abbatū q̄ monachoz sine lege honestatis monastice in
 circuitu fumantē: de qua cognita mihi loqui pudor est:
 audire vobis o patres colendissimi horror. **T**ria em̄ vo-
 ta religionis (que ob sui excellentiā substācialia dicunt̄)
 nō minus curant: q̄ si obseruare nunq; pmisissent. **D**ia
 cōfundūt: om̄ia temerant: om̄ia psumūt. **S**i ad diuinū
 cultū respiciamus: tā cōfusa: tā inordinate: tā dissolute
 illū pficiūt: vt nec verba sensum: nec debitū melodia res-
 sonet tonum. **O**m̄is em̄ erudicōnis bonarū artū exper-
 tes sunt: ita vt eoz que canūt nihil penitus intelligant.
Unde fit vt sine affectu: sine deuocōne. sine sapore intera-
 ne dulcedinis: horas nō tam psoluant. q̄ cōfundant ca-
 nonicas. **I**n eoz manibus codex diuine scripture nūq;
 aspiciatur: sermonis edificatorij ratio nunq; assumit̄: de
 morū institucōne nunq; ratio habetur. **D**ies obscenis ru-
 moribus tota cōsumitur: ludis et comessacōibus om̄e.

Reformatio
 in rebus
 sanctis cardinalis
 legatus.

Iuramenta
 abbatum

mutis 7
 subo 34
 10
 20

Iuris Tuteluz
 facti

tria vota
 religionis
 salu 6. 54

Ignorantia
 abbatum

x'ia obscura

abbatu
 127

70 f. 127

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Ho ras sunt que
 20 T. Quibus
 rana
 religio

tempus mancipatur: nulla vnq̄ de reformatione men-
 tio habetur. Genit inuicē discordantiū rabies: et inter
 capras. pace rupta cenobiū lege cōtemp̄ta: litibus iūgit
 insanū. Hasta illic et gladius et arcus presto sunt: vt nō
 cenobium credas sed bellantiū qđ cernis defensorium.
 Testes sue pprietatis: contra statuta: cōtrā iura: cōtra
 regulā: domus separatas singuli inhabitant: in quibus
 non monachoz studia sed clericoz exercent. Deum nec
 timent: nec amant: de futura vita nihil cogitāt: quippe
 qui causas anime postponūt voluptatibus carnis. Res
 gulam monachoz nō legūt: statuta nō aduertūt: patrū
 decreta cōtempnūt. Clōtū paup̄tatis spernunt: castitatis
 nesciūt: obediētie vilipendunt. Et vtinam quia casti esse
 rēnuūt: cōtinentes saltem esse dignarentur. Sumāt stercora
 vicioz in circuitu: et qđ omēs norunt nos soli quis
 emēdare iubemur ignoramus. Quid multis vtar: Tam
 plura: tam magna: tam varia: contra regulā sancti bene-
 dicti cōmittūt illicita: vt facilius existimem a nouo mon-
 nachum instituire: q̄ istoz posse vitā emēdare. Nil enī
 monastice honestatis inuolātū apud illos pseuerat: sed
 omnia neglecta: omnia spreta. omnia contempta. et lace-
 ra iacent. Ira. rixē. diffensiones. inuidie. detractiones. ma-
 ledicta iuramenta. opprobria. hisq; similia: non iudican-
 tur apud illos esse peccata: quia cepit esse licitū qđ pub-
 licum est. Uicij locus patet atq; criminibus: virtus so-
 la nō meretur accessum. Ridēt si quis de penitētia con-
 ram eis ceperit habere sermonē: et sicut mantuanus ait.
 superos: acherontaq; spernunt: nullus de supplicio men-
 tus: de iudice timor nullus est. Cernerēs apud eos quasi
 in scaturigine omniū vicioz abundare superbiā: avari-
 ciam: libidinē: inglūtiem: accidia: iram: odiū: omnesq;
 voluptatē carnis: quā si possunt apprehendere gaudent.
 si nō possunt. tamen sedulo cōcupiscunt. Computruerūt
 iumēta in stercore suo: et veluti racōne amissa ad peniten-
 tiā nō volūt reuocari. O bone deus ad quātā calamitatē

8. O. Frōida

9

10. Pro. v. i. v. i. v. i. v. i.

11.

12.

13. 14.

15. 16.

17.

Qui dicitur
 agut. dicitur
 hanc. v. d. et
 Eion. i. v. carta
 18. Nam libro
 2. aduersus
 corinthios 1. folio
 204. 2.

Pro. v. i. v. i. v. i. v. i.
 Pro. v. i. v. i. v. i. v. i.
 Pro. v. i. v. i. v. i. v. i.

eral

Folio. j.

E. iij

53.

Cathalogus
 virorum
 Cathalogus
 virorum

3.

Cathalogus
 virorum

44
39

deductus est ordo quondam excelsus: qui omnibus potuit merito preferri ordinibus. O sancte pater benedicte: qui olim tam sollicitus fuisti pro religione tua: cur nos in fine de seris? Cur ad hereditatem tuam non respicis? Quare ordini tuo iam iamque labenti non succurris? Numquid curam illius abiecasti? Aut filios tuos abominata est anima tua? Succurre: subueni: fer auxilium: quia nunquam fuit religio tua tam gravibus circumdata malis. Ecce a mundi amatoribus foris destruitur: ecce a monachis pueris intus laceratur: ut quid maioris sit criminis nemo facile possit discernere: cenobia in manus secularium clericorum transferri: an sub manibus tam sceleratorum monachorum diuicius haberi. Deu pater sancte quod dicam? Tu abba... quondam instituens circa monachos infirmos precepisti esse sollicitos: iam pastoribus nulla de omnibus cura est: de animarum salute diligentia nulla: omnes que sua sunt querunt: non que iesu christi. Ecce filij tui pater zelum habentes succurrere cupiunt: sed nihil proficiunt: malorum temeritati prepediti. Quis inter hec vero subueniat? Episcopus? Sed sua curat: sua querit: nostra despicit. Princeps? Sed fauorem vendit: disciplinam respuit: temporalia querit. Nemo est qui doleat super contritione ordinis tui: nemo qui subueniat: nemo qui auxilium impendat. Omnes qui possunt eum instaurare negligunt: alij qui zelum discipline habere videntur subuenire conantur sed nequeunt. **Q**abbates: abbates: qui omnium malorum in cenobijs vestris estis occasio: qui vanitatibus dediti: monachos delinquentes non statim corripitis: quos duram damnationis sententiam accipitis. Vobis (credite mihi) vobis imputabitur monachorum vestrorum damnatio: qui rectores eorum positi: mores instituire neglexistis. **U**e vobis. **D**elius esset si abbates nunquam fuissetis. Vos avaricie et libidini vacantes opus domini negligitis: curam animarum despiciatis: de obseruantie semita nihil cogitatis. Qui vicia monachorum debetis corrigere: vicia committitis: et ne arguantur vestra: dissimulatis aliena. **T**ernitis o patres ornantissimi: quos sit ordinis,

psal. 3

abbates
kind
42
varia

vs
avaricia

folio 8.

50.

57
De reformatione
ab abbatibus
incipienda
50

Historia

me infidelis turpe prostibulum. Reformatio autem ab abbatibus incipienda est: et in monachos deinceps continuanda. Nisi enim pastor ad sinceritatem reductus fuerit: omnium sanitas diu non durabit. Vulgo namque dicitur. Dum caput egrotat cetera membra dolent. A capite igitur omnis ornatus corporis inchoandus est. Sunt quidam abbates deformati: qui ad reformationem monachos suos velint compellere: sed ipsi observationi regulari: nec in minimo volunt subiacere: odio habentes in se bonum quod in alijs diligunt: et quod subditos prohibent: per se facere non erubescunt. Talibus o patres nolite confidere: ipsi sunt enim qui nos confundunt: visitationes spernunt: decreta capitulorum contemnunt. Faciat nos experientia cautos: quos zelus alioquando sine scientia fecit penitentes.

Quod visitatores ad reformationem ordinis nostri

debeant esse solliciti.

Cap. 8.

Duales visitatores
restituendi

doctrina

lure 4.

Is autem reformationis maxima: penes industriam visitatorum posita est. Idcirco dicitur in constitutionibus patrum: ut ad visitationis officium viri deputentur idonei: qui verbo et exemplo ad honestatem conversationis visitandos efficaciter possint instruere. Oportet enim visitatorem doctum esse lege divina: oportet sanctum et irreprehensibilem esse vitam: ut verbo dociles: exemplo instruat principes. Nam unum sine altero in rectore animarum non sufficit. Si enim ideota fuerit: quomodo alios informabit? Si conversatio bonae actionis exemplum visitandis non prebuerit: quomodo ad reformationem eos coartabit? Audiet sane obiectum puerum qui dicit. Medice: cura teipsum. Nec immerito. Enimvero qua presumptione duceris o visitator poliloge: ut reformare alios temptes: qui adhuc in deformitate propria iaces? Sordibus viciozum pollutus es: et alios mūdare poteris? Crede mihi non dabit spiritus sanctus virtutem



58.
sermonibus tuis: qui gratiā eius p contrariā vitā offendi-
dis. Caret efficacia sermo in corde auditoris: quē vitus
perat cōuersatio p̄dicantis. Quid dicā: **V**entior nisi cō-
tumaces cōtumax: sepe increpat: turpis turpem infamat
et euasisse se consciūm credit: quasi cōscientia satis nō sit.
Sunt inquā inter eos qui vicia arguūt viciosi: in publi-
co accusatores: in occulto rei, in semetip̄os censores pa-
riter et nocentes. **D**amnāt foris qđ intus operātur: ad-
mittūt libenter: qđ cū adniserint criminātur. **A**udacia
prosus cōuiciosis faciens: et impudentia cōgruens im-
pudicis. **S**epe cupidū increpat auarus: impudicū luxu-
rius: elatum superbus: turpem criminosis. Quid pa-
tres quid putatis: possunt ne inter ip̄os visitatores inue-
niri huiusmodi deceptores. **N**on audeo dicere: experior
tamen. **M**ulti multa dicunt: pauci qđ loquūtur factis
ostendūt. **S**e suosq; reformare nō p̄ualent: et alios ad
obseruantia coartare nituntur. **D**agna dicūt: minima
faciūt. **S**ulta p̄sumptio: que p̄rijs neglectis: rapitur
ad aliena. **Q**ui sibi nō sufficit: cui abūdabit: **Q**ui se suosq;
ad emendationē vite non potest p̄ducere: quando alios
poterit emendare: **H**ec dixerim in eos qui tales sunt: qđ
damnant in alijs quod in se contemnūt emendare. **L**eo-
terum zelosis bonis idoneisq; visitatoribus quales plu-
res nouerim: non velim ad iniuriam quicq; esse dictum.
Vos autē prestantissimi patres qui visitatores habetis
eligere: curate ad id officiū meliores deputare: si mona-
chos ad obseruantia regularem cupitis p̄ducere. **S**um-
ma em̄ regularis discipline apud visitatores est: que cōn-
tinuata crescit: neglecta deficit. **N**empe si visitatores offi-
cium suum diligenter impleuerint: cenobia reformata in
obseruantia regulari conseruabunt: et deformata ad me-
liorem statū facile reducēt. **S**in autē negligentes fuerint
etiā que ab alijs bene inchoata sūt cito destruent. **N**ihil
em̄ sic v̄hitate cōfundit: nihil sic pacem pturbat: nihil sic
ledit charitatem: sicut ignorantia visitatorū. que nō ra-
tione sed voluntate indiscreta feruescit. **E**xperientia nos

hyeronim
lib. 18. 50. folio

mar. 13.

Officiū
visitatorū
quā in r̄mā
m̄

Ignorantia multū
mah̄ facit
A. D.

Imperitia
31

plerumque edocuit quatas turbaciones. diffensiones. iras
rixas: oblocutiones: et odia suscitauerint in cōgregacōni
bus monachoz̄ visitatores imperiti: quibus de imperio
totū: de scientia et charitate nihil constat. Sed de hoc
satis dixerim: ne accusare videar eos quos honore pron
sequi ppter officij dignitatem iubemur.

**Quā periculosum sit regimen
animarum**

Cap. xj.

Sap. 5.

animarum

Imperitia

Consideraremus quē periculosa res sit regi
men animarū: quē graue onus cure pastoralis:
quē districto examini obnoxiiū: mirū si vnq̄s in
hac vita cor nostrū de securitate p̄sumeret. Dicit em̄ scri
ptura: quoniā iudiciū durissimū fiet in eos qui presunt.
Nam sicut beatus benedictus p̄testatur in regula p̄ ani
mabus omniū monachorū sibi commissoz̄ abbas deo
redditurus est rationē. Idcirco dicit. Ordinatus abbas
cogitet semp̄ quale onus suscepit: et cui redditurus est ra
tionē villicacōnis sue. Onus certe et graue et periculosū
p̄ animabus multoz̄ rationē reddere: cū vix vnusquisq̄
p̄ semetip̄o valeat respondere. Quod respondebūt summo
pastori abbates terrenis dediti: quāsi fratrū suoz̄ ma
lo exemplo perimūt: et nec verbo nec ope pascūt. Quid
dicā de quibsdā nr̄i ordinis abbatibus: qui regulam
sancti benedicti quā p̄fiterentur: nec legūt: nec si legāt intel
ligūt. Ventior si non nouit abbates sub nr̄o caplo cō
stitutos: qui tantis ignorātie tenebris inuoluti sunt: vt
minimā sententiā ex regula nō intelligāt. Diuinas scrip
turas nec sciūt nec diligūt: vanitatibz̄ mūdi submersi eua
nescūt: desiderijs carnis nō sp̄ritus inseruiūt. Oportet
abbatem iuxta p̄ceptum legislatoris nostri doctum esse
lege diuina: vt sciat et sit vnde proferat noua et vetera:
castum: sobrium: misericordem: et cetera. Quid isti di
cent: quid docebūt. quid exhortabūtur. quod nihil de scrip
turis sanctis. de regulari disciplina nihil intelligunt.

50
D bone deus ad quantā miseriam ordo noster deuenit: *folio 5*
qui olim doctissimis sanctissimisque viris plenus fuit. Ubi
est nūc amor obseruantie regularis: ubi scripturarū stu-
dium: ubi cōuersatio sanctitatis? Omnia simul perierūt:
et vix in paucis pristinae honestatis inuenimus vestigia.
Abbatēs nostri (exceptis paucis) aut auaricie dediti:
aut vanitatibus mūdi distracti: nihil minus quā de scien-
tia scripturarum cogitant: quāuis se doctos multū arbi-
trentur. Sed ex operibus eorū cognoscitur eruditionis
ingenium. Jam doctus creditur auarus: iam religiosus
dicitur qui agrum agro copulat: qui lucris terrenis in-
uigilat: qui cōgregandis diuicijs appetitum laxat. Sed
credite mihi patres quoniam vera dicturus sum: diuicie
temporales nō faciūt stabilem in ordine disciplinā. Quae
terribilem sunt subituri sententiā abbates: qui regulā ne-
gligūt: qui monachos suos verbo et exemplo sanctitatis
non p̄cedūt: qui spiritualia exercicia vilipendūt: qui terre-
nis lucris incumbunt: qui disciplinā monastice honesta-
tis cōtemnūt. Utinā saperent et intelligerent ac nouissimā
p̄uiderent: et onus tanti regiminis aut sollicitē gui-
bernarent: aut si non possent humiliter deponerent. Felix
qui sollicitus stat sup̄ custodiam suā: qui voluntatem
dñi facit semp: qui sine fictione ad puritatem regule cō-
uersatur.

U3
Sed ad p̄sens hec que de statu et reformatione ordinis
nostri diximus vt credo sufficiūt: quorū lectio cū termina-
no capituli finem quoque sortiatur. Ceterū omnia et singu-
la que vel in hoc tractatu vel in alijs scripsi vel scripsero:
examini sacrosancte ecclesie romane subijcio: cuius fidē:
doctrinā et diffinitionē: quoad vixero seruare docere cre-
dere ac defendere semp et vbiq; volo. Si quid autē (quod
absit) aliter a me dictū fuerit quā illa tenet, docet et cre-
dit: iam p̄ p̄sentes simpliciter reuoco: et p̄ nō dictis ha-

hij corinth

mar 7

dim 10


Leuit. 32.


berri volo. Summū pontificem vicariū christi fidei mee
atq; doctrine iudicem et moderatorem hac mea prestan
tione in omnibus esse volo et sentio.


Societ' Jesu Paderborna


Lectus fuit presens tractatus in capitulo provinciali
ordinis sancti benedicti provincie maguntine in hirsau
celebrato ad mensam Anno dñi Millesimoquadringen
tesimononagesimotercio. dñica Jubilate et diebus sequē
tibus vsq; ad finem. Om̄ibus autē abbatibus inibi adu
natis volentibus et cōsentientibus statutū fuit vt impri
meretur; et in futuris capitalis provincialibus ad mens
sam semp publice legeretur vt patet in statutis.


1493











TRIE
DE
SACERDO
TIO
DE
S. ANNA
I. V. D.
DE

DE
MISERIA
M. H. V. M.
DE
VINDICATIO
NAST.

J. X.